merentibus conceduntur · & dñi lętificant · & ipsum ditant si
ne dubio largientē. Ideo experientię tuę hac autoritate pręcipimus · quatenus matheo uiro clarissimo scolastico · duodecī
solidos dare non differas · quos tuis scit orationibus ꝓcul dubio
inputandos. Ita ergo cum gratiarum actione iussionē nrām
festinatō implere · ut nulla accipientē possit fatigare dila

XXIIII · GREG · BONAE ABBATISSAE · tio.

Ecclesiastica dampnum non sentit utilitas · si res aliis competentibus · cognita ueritate restituat. Cognouimus itaque ·
iohannē quendam presbiterum scē romanę cui dō auctore deseruimus ecclesię · in dominio iuris sui possessionis.
in hac urbe roma · iuxta thermas agrippianas oratoriū construxisse · atq; illic quosdam redditus · legati titulo reliquisse.
in quo etiam oratorio · seruorum dī congregationē ēē constituit · & hęc omnia ut debuissent impleri · testamenti
sui paginam · scē memorię pelagio decessori nrō mandauerat. Sed quia morte occupatus · hoc non occurrit implere ·
& domus ipsa cum horto suo ab actoribus nrę ecclę detinetur · iustitię nos ratio uehementer inuitat · eiusmodi
pię dispositionis arbitrio adimplere. Sed quoniam illic ꝓ difficultate temporis · noua seruorum dī congregatio adhiberi non potuit · feminarum saltim ibi congregationē construendam ēē decreuimus · atque ideo & locum ipsum
sollempniter dedicari · & quia monasterium tuum ubi prius fuisti · iniurię est periculo constitutum · te illic
cum congregatione tua constituere · dō annuente ꝓsper

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0418